



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Conciliu[m] Toletanu[m] xi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

Capitula cōciliij Toletani undecimi.

Fo. CXXX.

pletea restitutōe damni obseruet sicut decreta est series testamēti, liberti vero q̄ ex familijs ecclēsiae facti sunt & seūres & vniuersa q̄ in mācipijs alijsc̄ corporibus, vel illis, vel suis ho minib⁹ collata eē dīoscunt, cūcta in discretōe venerabilis fr̄is nři fructuosi ep̄i disponēda relinquimus, vt quia h̄c euīdēs ordo pat̄e in irritū deuocat, illius tēperamentum h̄c ad miserationē adducat, q̄liter nec regulā paternā modus excedat & miserationem seueritas extinguat, vt secundū merita seruientiū & libertatis p̄mīa & regz, vel subtrahat donaria, vel cōcedat. Editū sub die Calendā Decēbris anno feliciter septimo regni glorioſissimi dñi nostri Recceſunti regis, Eugenius indigus Toletanæ sedis metropolitanus ep̄s hoc iudicij nostri decretū subscripti. Similiter & ali⁹ ep̄i subscripti per numero decem.

Incipiunt capitula conciliij Toletani undecimi.

- ¶ Ne tumultu conciliū agitur. 1. ¶ pecunīa ordinatus fuisse detegit. 9
- ¶ Non debere metropolitanū à confinitimo 2. ¶ Vt omnes pontifices rectoresq; ecclēsiar̄ rum instructione cessare. 10
- ¶ Ut in vna prouincia diuersitas officiorum 3. ¶ De elucidatōe antiqui canonis q̄ p̄cipit, vt non teneatur. 11
- ¶ De discordia sacerdotum. 4. ¶ si quis acceptā à sacerdote Eucharistiā nō sumperferit velut sacrilegus p̄pellat. 12
- ¶ De cōpēscēdis excessibus sacerdotū. 5. ¶ Ne in confinio mortis p̄cēnitēs à recōciliatiōne diuīna suspēdat, & vt oblatio eius p̄cēnitēs qui nec tñ reconciliatus de hac vita exierit ab ecclēsia receptetur. 13
- ¶ Nō debere sacerdotes q̄libet in ecclēsia familijs truncatōes mēbroz facere, nec ali⁹ quid qđ morte plectēdū ē iudicare. 6. ¶ De sacerdotibus q̄ vexati cadere vident. 14
- ¶ Quā debeat discretio ecclēsiarum esse rectoribus, ne per inconditam disciplinam subeant homicidij notam. 7. ¶ Vt qui dño canūt atq; sacrificāt post se sp̄ habeant aditoria constituta. 15
- ¶ Ne quicq; premij pro diuinis sacramentis accipiatur. 8. ¶ De iſtitutōe certi t̄pis q̄ cōciliū agat. 16
- ¶ Quid custodiri debeat si p̄miū quis ep̄s fiat, vñ q̄ smā feriat qui ad honore acceptū

Incipit conciliū Toletani undecimum habitum

Era DCC.XIII. Anno. XIII. V. uamebani regis VI. Idus Nouēbris

A N nomine sancte trinitatis collectis in vnū Carthaginēsium prouinciæ sacerdotibus in Toletana vrbe in beatæ matris dñi Mariæ virginis sede, anno quarto excellentissimi ac religiosi Vuambani principis sub die septimo Idus Nouēbris res votiuia gaudiij, & dies nimiū optate gratulatiōis occurrit, in q̄ nobis datū est conspicere pariter & deflere q̄ lachrymaz de p̄teritis dñi debeamus, eramus em̄i hucvſq; pro labētis seculi colluuiōne instabiles, quia annos a series tēpor̄ subtracta luce cōcilioz nō tam vitia auferebat q̄ matrē omniū erroz ignorantia ociosis mētibus ingerebat. Hactenus em̄i florentē dñi vineā deuastauerunt ap̄i frendētes, sp̄sam Ch̄ri quā sui præcioſissimi ſanguinis effuſione cōciliauit cōſpurcare & polluere conata ē hareticorum ſubdola machinatio, & inconfutabili dñi vēſtē diuidere, vñiratē fidei ſcindere, charitatis tollere fomēta, cū ſuo proprio ptinaciter ſenſu volēs inherere ſacrē scripture puritatē ſuā prauitatis intelligentia prophanat. Præterea ſacrosanctam ecclēſiā dei vulnerāt etiam cuſtodes eius qui cū deberēt ob dignitatis excellētiā ceteros p ſuā virtutis imitatiōnē, puocare ad charitatis & vnitatis obſeruantia, tanq; ſal infatuatū potius ſcādali q̄ edificatiōis dāt materiā. Hinc cernētibus q̄uo Babilonicę cōfusiois olla ſuccēſa, nūc tēpora auerteret concilioz, nunc ſacerdotes dñi de refolutis moribus irretiret, purpuratē em̄i meretrix ſeq̄bantur incitamēta, quia ecclēſiasti conuētus nō aderat disciplina, nec erat qui errātiū corrigeret partes, cū fermo diuinus habereſ exosus. Et quia nō erat adūnandoz pontificū villa p̄ceptio, crescebat immanis vita deterioz, cū tandem nos diuina clemētia op̄is manuum ſuāz pditōi condoleſ, praua idirecta redūces, ſuū ſanctū ſabaoth nouis propagini bus ac plantis nouellis fecundare volēs, negligētiꝝ ſurrogans diligētiꝝ, pro ignorantia disciplina imitrens, pro ſecordia ſolertia, pro ſchismate vnitatē inducēs, pro zizania vere paſis vinculū largiſ, pro caducis celeſtū deſideria infundēs, p turpibus honesta ſectari ſtimulās, à terrenis & ifimis ad ſublimia erigēs, nos i hac lachrymaz valle potiꝝ moriētesq; viueſtes, i hoc vasto p̄iculorū mari vagātes fine remige, fine clauo huc illucq; tēpeſtatū fluctib⁹ abrupta

Concilium Toletanum underatum.

abrupta collisos, in continua malorum acie configentes, vbi nos circumstant mille discrimina, vbi
versutissimus infidus hostis mille nocendi artibus instructus ex alto celi domicilio respiciens
asperitatem non se occursum probuit & saluti, proparas non nisi seculis religiosi principis mente deuota
pariter & instructa. Cuius, quidam sollicitudinis voto, & lux Conciliorum renouata resplenduit, &
alterna charitas se mutuo in corrigendis vniuersitatis moribus excitauit, dum & aggregandi nobis
hortatu principis gloriosi facultas data est, & opportuna corrigendis preparata est disciplia, vt qui
decursis loge aenam post decem & octo, s. labetum anno, excursum in vnum meruimus aggre-
gari conuentum, mereri possimus spirituali gratia sanitatem, nec enim numerus iste alienus est a salute, sic
quodque mulier illa in Euangelio ter senis anno, excursibus curua quae figuram totius humani generis
gestabat sub sacro huius numeri salutis pristinam sanitatem donat, nos ergo per annos curuo non or-
dinis profecte statu, in eo quod nulla nos Conciliorum definitio iugeneret, nullus etiam conuentus Ecclesiastici
ordini adunaret, tandem diuina voluntatis imperio, & religiosi principis iusllo euocati in Toletanam
urbem conuenimus, quod cum in Ecclesia beatae Mariæ virginis debitum in sedibus locaremur, iter cetera
quod subterius discreto capitulo, ordine sunt digesta, non aliunde primus cepimus hunc sermonem, nisi
de fidei puritate, ut quod initia dis ab initio vita hoibus, haec prima proposita via salutis, prius quam non
fuerit percepta, vnde sacre structio arcana sanctorum Nicenii, Constantinopolitanorum, Ephesini, atque Cal-
cedonensis Conciliorum monimenta amplectentes, per qua radicitus hereticorum fallacia conciliabula de-
struant, & fidei Catholicæ norma declarent, hoc coi alternoque iudicio definiuimus, ut haec ipsam
fidei nostra regulam verbis simplicibus niteremur alternatim nobis singulariterque referre, ita ut quod
quod per triduum de hominibus que sunt in omnibus vnicuique nostrum lectio visus memoria occurret, omni sobrie-
tatis compendio simplici notaret stilo, relatio tamen ipsius sacra pura & evidens, & a capite primu inciperet,
& sic ad membra reliqua pueniret nullas obscuritatibus in se lineas habens, nullas etiam iustitiae lo-
cutorum regulas continet, sed puritas sola est clara sermonum, quae posset evidenter exprimere, suaque
excitatorem magis ad intelligendum verbo redderet simplex collatio, quam relata condensat lectio
instructio, quod & revera ratio rei mysteriorum, ita sacerdotes dei conuenient nosse, ut non sufficie verbo
rum effrantur incogniti, sed sane sensu intelligentia reperiantur instructi, ut in differendo proprieate huius
sanctæ trinitatis arcana plus evidenter quod eloquentia eos efficiat sapientes. Sic enim & divini munera
ris dono attracti sunt, ut iusta definitio alterna, promissio monstraret in ope, vnde quod primo die presul
dicitur metropolitani lingua profudit, die tertia omnis nostrum vox sigillatim collatiue repetit. Iste er-
go tenor fidei nostra quod & a capite copiose, fluxit, & a membris probatus gloriose emicuit.

B Confitemur & credimus sanctam atque ineffabilem trinitatem, patrem, & filium, & spiritum sanctum,
vnum deum naturaliter esse, unius substantiam, unius naturam, unius quoque maiestatis atque virtutis.
Et patrem quidem non genitum, non creatum, sed ingenitum, profitemur. Ipse enim a nullo origi-
nem ducit, ex quo & filius nativitatem, & spiritus sanctus processionem accepit. Fons ergo & origo
totius divinitatis ipse est. Ipse quoque pater essentia quodem ineffabilis substantia suum filium in-
effabiliter genuit, nec tam alium quam quod ipse est, genuit, deus deum, lux lucis. Ab ipso ergo
est omnis paternitas in celo, & in terra, filium quoque de substantia patris sine initio ante secula
natum, nec tam factum esse fatemur, quod nec pater sine filio, nec filius sine patre aliquando exti-
tit. Et tamen non ut filius de patre, ita pater de filio, quod non per aenam filio, sed filius a patre generatione
acepit, filius ergo deus de pate, pate autem deus, sed non de filio, ille autem filius pates, & deus de pate,
et qualis tamen per omnia filius deo pates, quod nec nasci coepit aliquando, nec desinet. Hic etiam unius cum
patre substantia creditur, propter quod & homousion pates, hoc est, eiusdem cum patre substantia
omnes enim gracie vnum, via vero substantia deus, quod utrumque coniunctum sonat una substantia,
nec enim de nihilo, neque de alia aliqua substantia, sed de pate utero, id est, de substantia eius de
filius genitus vel natus esse credidus, est sempiternus, & filius. Quod si pate semper fuit, semper ha-
buit filium cuius pate esset, & ob hoc filium de patre natum sine initio confitemur. Nec enim eundem
filium dei pro eo quod de patre fit genitus defectus naturae portiunculam nominamus, sed pate-
cum patrem, patecum filium sine imminutio, sine defecto genuisse asserimus, quod filius divini
tatis est in qualiterum filium non habere: hinc etiam filius dei, natura est filius, non optione, quem
deus pate nec voluntate, nec necessitate genuisse credidus est, quod nec vlla in deo necessitas cadit
nec voluntas sapientiam praevenit. Spiritus quoque sanctum quod est tertia in trinitate persona vnum atque
et qualiterum cum deo pate & filio credimus esse deum, unius substantiam, unius quoque esse naturam, non
tam genitum vel creatum, sed ab utrilibus procedentem, amboque esse spiritum, hic etiam spiritus sanctus
nec ingenitus, nec genitus creditur, ne autem ingenitus dicimus, duos patres dicamus, aut si geni-
tum duos filios predicare monstrum, quod tam nec pates, nec filii tamen, sed simul patres, & filii spi-
ritus deus. Nec enim de patre procedit in filium, vel de filio procedit ad sanctificandam creaturam
sed simul ab utrilibus processione monstratur, quod charitas sive sanctitas amboque esse agnoscitur. Hic
ergo spiritus sanctus missus ab utrilibus, sicut filius creditur, sed minor pate & filio non habet, sicut fili-
us pater.

Concilium Toletanum undecimū.

Fo. CXXXI.

us propter assumptā carnē minorē se patre & spū sancto esse testat. Hęc est sanctę trinitatis relata narratio qua non triplex, sed trinitas, & dici & credi debet, nec recte dici potest, vt in vno deo sit trinitas, sed vnuus deus trinitas. In relatiuis vero personagz noībus, pater ad filiū, si- lius ad patrē, spū sanctus ad vtrosq; refert, quę cū relative tres personæ dicant, vna tñ natu- ralis substātia credit, nec sicut tres psonas, ita tres substātias pdicamus, sed vna substantiā, tres aut̄ psonas, quod em̄ pater est, nō ad se, sed ad filiū, & quod filius est, nō ad se, sed ad patrē. Si- militer & spū sanctus, nō ad se, sed ad patrem & filiū relative refert, in eo q; spū patris & filij pdicatur. Itē, cū dicimus, deus non ad aliquid dicitur, sicut pater ad filiū, vel filius ad patrē, vel spū sanctus ad patrē & filiū, sed ad se specialiter deus dicitur. Nā si de singulis psonis interro- gemur, deū necesse est fateamur. Deus ergo pater, deus filius, deus spū sanctus singulariter di- citur, nec tñ tres dij, sed vnuus est deus. Itē, & pater oipotēs, & filius omnipotēs, & spū sc̄tū oipotens singulariter dicitur, nec tñ tres oipotentes, sed vnuus omnipotens, sicut & vnu lumē vnuq; principiū pdicat. Singulariter ergo vnaquęq; psona, vnuus deus cōfitetur & credit, vna illis & individua atq; & qualis deitas maiestatis siue potestatis, nec minoratur in singulis, nec au- getur in tribus, quia nec minus aliquid habet, cū vnaquęq; persona deus singulariter dicitur, nec amplius cum totę tres psonę enuntiant. Hęc ergo sc̄tā trinitas, q; vnuus & verus est deus, nec recedit à nūero, nec capit nūero. In relatione em̄ psonagz nūerus cēnīt, in diuinitatis ve- ro substātia qd enumeratū sit, nō cōprehēditur, ergo hoc solū numerū insinuat, quod ad inui- cē sunt, & in hoc nūero carēt, quod in se sunt. Nā ita sanctę huic trinitati vnu naturale cōne- nit nōmē, vt tribus psonis nō possit ē plurale, ob hoc ergo credimus istud i sacrī literis dictū Magnus dñs nōster, & magna virtus eius. & sapientia eius nō est nūerus. Nec q; tres has perso- nas esse diximus vnu deū, eundē esse patrē quę filiū, vel eū esse filiū qui est pater, aut eū qui est spū sanctus, vel patrē & filiū dicere poterimus. Nō em̄ ipse est pater, nec spū sanctus, ipse q; est, vel pater, vel filius, cū tamen ipsum sit pater quod filius, ipsum filius qd pater, ipsum pater & filius qd est & spū sanctus, id est natura vnuus deus. Cū em̄ dicimus nō ipsum patrē quę filiū ad psonagz distinctionē refertur, cū aut̄ dicimus ipsum esse patrē quod filiū, & ipsum filiū qd patrē, ipsum spiritū sanctum quod patrem & filiū, ad naturam qua deus est vel substātiā pertinere monstrat, quia substātia vnum sunt, personas em̄ distinguimus, non deitate separa- mus. Trinitatē igitur in persona distinctione agnoscim⁹, potestatē propter naturā vel substātiā profitemur. Tria ergo ista vnu sunt natura, scilicet nō persona, nec tamē iste perso- nae tres personæ & st̄imandę sunt separabiles, cū nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sine alia vel extitisse, vel quippiā operata ē aliquā credit. Inseparabiles em̄ inueniuntur, & in eo quod sunt, & in eo quod faciunt, quia inter generantē patrē & generatum filium, vel procedentē spiritū sanctū, nullū fuisse credimus tēporis interuallum, quod aut genitor genitū aliquando præcederet, aut genitus genitor desset, aut procedēs spū patre vel filio posterior appareret ob hoc ergo inseparabilis & incōfusa hęc trinitas a nobis & creditur & pdicatur. Tres igit̄ pso- ne istę dicunt, iuxta quod maiores definiunt, vt agnoscant. Nā si attendamus illud quod scri- ptura sc̄tā dicit, de sapientia splēdor est lucis & ternę, sicut splendorē luci videmus inseparabi- liter inhērente sic cōfitemur filiū à patre separari nō posse. Tres ergo illas vnius atq; insepara- bilis naturę psonas, sicut nō cōfundimus, ita separabiles nullatenus pdicamus, quādoquidem hoc nobis dignata est ipsa trinitas euīdēter ostēdere, vt etiā in oībus qbus voluit signillatim psonas agnoscī vnu sine altera nō permittat itēligi, nec em̄ pater absq; filio cognoscitur, nec si ne patre filius inuenitur. Relatio quippe ipsa vocabuli personalis personas separari vetat Quę etiā nō simul nominat, simul insinuat. Nemo audire potest vnuquodq; isti orū nominū, in quo non intelligere cogatur & alterū. Cum ergo hęc tria sint vnum, & in vnum tria, est tamē vni cuiq; personę manens sua proprietas. Pater em̄ & ternitatem habet sine natuitate, filius & ter- nitatem cū natuitate. Spū vero sanctus processionē sine natuitate. De his tribus personis fo- lam filij personam pro liberatione humani generis hominem verum sine peccato de sanctiā & im- maculata Maria virginē credimus assumpliſte, de qua nouo ordie, nouāq; natuitate est ge- nitus, qua inuisibilis natuitate visibilis monstraretur in carne, noua aut̄ natuitate est genitus q; intacta virginitas & virilē coitum nesciuit & fecundata per spiritū sanctū, carnis materiā ministravit. Qui partus virginis nec ratione colligitur, nec exemplo erit em̄ singulare. Nec ta- men spū sanctus pater esse credendus est filij pro eo quod Maria eodē spū sancto obumbrā- te cōcepit, ne duos patres filij videamur asserere, quod vtq; nephā est dici. In quo mirabili cō- ceptu & dificili sibi sapientia domū, verbū caro factū ē, & habitauit in nobis, nec tñ verbū ipm̄ ita in carnē cōuersum atq; mutatū est, vt defisteret deus esse qui homo esse voluisse, vt nō tan- tūbi sit verbū dei, sed & hominis omnia, atq; hoc tantū, & deus dicatur propter deum, & ho- mo propter hominē. In quo dei filio duas credimus esse naturas, vna diuinitatis, alterā huma- nitatis

Z. nitatis

Concilium Toletanum undecimum.

nitatis, quas ita in se una Christi persona vniuit, vt nec diuinitas ab humilitate, nec humanitas à diuinitate possit aliquando se iungi, unde perfectus deus, pfectus & homo in unitate personarum. Nec tamen quia duas in filio diximus esse naturas, duas profitemur in eo esse personas, ne trinitati (quod absit) accidere videatur quaternitas. Deus enim verbum non accepit personam hominis, sed naturam, & in eternum persona diuinitatis temporaliter accepit substantiam carnis. Item unus substantiae credimus esse deum patrem & filium & spiritum sanctum, non tamen dicimus, vt huius trinitatis unitate Maria virgo genererit, sed tantummodo filium qui solus natura nostra in unitate personas suarum assumpsit. Incarnatione quoque huius filii dei tota trinitas operata esse credenda est, quia inseparabilia sunt opera trinitatis, solus tamen filius forma servi accepit in singularitate personae, non in unitate diuinorum naturarum, in id quod proprium est filii, non quod commune trinitati, quae forma illi ad unitatem personarum coaptata est, vt filius dei & filius hominis unus sit Christus. Itenam idem Christus in his duabus naturis tribus extat substantijs, verbi quod ad solium dei essentia referendum est, corporis & animae, quod ad virginem hominem pertinet. Habet ergo in se geminam substantiam diuinitatis suarum, & humanitatis nostrae, hic tamen per hoc quod deo patre sine initio prodigit natus tantum. Nam neque factus, neque predestinatus accipit, per hoc tamen quod de Maria virgine factus est & natus & factus & predestinatus esse recendens est. Ambae tamen illae generationes mirabiles, quia & de patre ante secula sine matre est genitus, & in fine seculorum de matre sine patre est generatus, quia tamen secundum quod homo creatus, Maria matris est filius. Item, per hoc quod deus est, & qualis est patri, per hoc quod homo, minor est patre. Item, & maior & minor se ipso creditus est, in forma enim dei etiam ipse filius se ipso maior est propter humanitatem assumptam, quia diuinitas maior est. In forma autem servi se ipso minor est idem humanitas, quia minor diuinitas accipit. Nam sicut per assumptionem carnem non tantum patre, sed se ipso minor accipit, ita secundum diuinitatem qua est & qualis patre, & ipse & pater maior est hoie, quem sola filia persona assumpsit. ¶ Item, in eo quod queritur utrum possit filius sic & qualis, & minor esse spiritu sancto sicut nunc & qualis est, nunc minor praeditus esse. Respondemus, secundum formam dei & qualis est & patri & spiritui sancto, secundum formam servi minor est & a patre, & a spiritu sancto, quia nec spiritus sanctus nec deus pater, sed sola filia persona suscepit carnem, per quam minor esse creditur illis personis duabus. Item, hic filius a deo patre & spiritu sancto separabiliter discretus creditur esse persona, ab hoie autem assumpto natura. Item, cum homine unus extat persona, cum patre vero & spiritu sancto, natura diuinitatis suarum, filius tamen non solus a patre, sed & a spiritu sancto missus esse creditus est in eo quod per prophetam dicitur. Et nunc dominus misit me & spiritus sanctus. Ab ipso quoque missus accipitur, pro eo quod inseparabilis, non solum voluntas, sed operatio totius trinitatis agnoscitur. Hinc enim qui ante secula unigenitus est vocatus, temporaliter primogenitus propter assumptionem carnem, in qua suscepit hois formam, iuxta euangelicam veritatem sine peccato mortuus creditur quod solus pro nobis passione ipsam (tamen salua diuinitate sua) pro delictis nostris sustinuit, mortisque adiudicatus, & crucis verae carnis mortem accepit. Tertio quoque die virtute propria suscitatus a sepulcro surrexit. Hoc ergo exemplum capitis nostri confitemur vera fide resurrectione carnis omnium mortuorum, nec in aere vel qualibet alia carne, vt quidam delirantes surrecturos nos credunt, sed in ista qua vivimus, confitimus & mouemur, peracto huius sancte resurrectionis exempli, dum dominus noster a quoque salvator paternus ascendendo sedem repetit, de qua nunquam per diuinitatem discessit. Illuc ad dexteram patris sedes, expectata in fine seculorum iudex omnium viuorum & mortuorum. Inde cum sanctis oibus veniet ad ferendum iudicium, redire vnicuique mercedis propriae debitum, prout quisque gesserit in corpore positus, siue bonum, siue malum. Ecclesia sane catholica pretio sui sanguinis comparata cum eo credimus in perpetuum regnaturam, intra cuius gremii constituti vnum baptisimus credimus, & confitemur remissionem omnium peccatorum, sub quaque & resurrectione mortuorum veraciter credimus, & futuri seculi gaudia expectamus. Hoc tantum orandum est nobis & petendum, vt cum peracto finitoque iudicio tradiderit filius regnum deo & patri participes efficiat nos regni sui, vt per hanc fidem qua illi inhaesimus, cum illo sine fine regnemus. Hoc est confessionis nostrae fides expressa, per quam omnium haereticorum dogma perimitur, per quam omnia fidelium corda mundantur, per quam & ad deum gloriose accedit, cuius sacra sanctio sapore sub triduano ieiunio continuaretur collatione rorantes ad ea quae subnexa sunt sequenti die decernenda transibimus.

¶ Capitulum primum.

B ¶ In loco benedictionis confidentes domini sacerdotes, nullis debent, aut indiscretis vocibus perstrepare, aut quibuslibet tumultibus perturbari, nullis etiam vanis fabulis vel risibus agi, & (quod deterrimus est) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. Si quis enim (ut aplausum) putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Cultum enim sui iustitia perdit, quando silentium perit, & iudicium obstrepatum turbam confundit, dicente propheta. Erit cultus iustitiae silentium. Debet ergo quicquid ante consultationes confidentium agitur.

Contilium Toletanū undecimū

Fo. CXXXII.

agit, aut causantium parte proponitur sic mitissima verborum relatione proferri, vt nec cōtentiosis vocibus sensus audientium turbent, nec iudicium vigorem de tumultu eneruēt. Quicunq; ergo in cōventu conciliū h̄c quā p̄missa sunt violanda crediderit, & contra h̄c interdicta, aut tumultu, aut contumelij, vel trifibis concilium conturbauerit, iuxta diuinæ legis edictum, quo p̄cipitur, ejice derisorem, & exhibet cum eo iurgium, cum omni dedecore de confessione abstractus à communī cōetu secedat, & trium dierum excommunicatiōis sententiam perferat.

II. ¶ Quantū quis p̄ celsi culminis obtineat locū, tantū necesse est, p̄cedat certe gratia A meritorij, vt in eo q̄ p̄fides singulis, singulariter ornetur eminentia sanctitatis, habens & in ore gladiū veritatis, & in opere efficientiā luminis, & iuxta Paulū potens sit exhortari in doctrina fana & cōtradicente reuincere. Nos proximū nostri ordinis gradū, vel suscepti regimini modū magnopere cogitare debemus, vt qui officiū p̄dicationis suscepimus, nullis curis à diuina lectione priuemur. Nā quorundā mentes pontificū, ita corporis otio à lectionis gratia secludunt, vt quid doctrinæ gregibus subditis exhibeat nō inueniat p̄aco mutus. Infestū ergo semper erit maioribus, vt quos sub regimini cura tueri fame verbi dei perire non sūnūt. Sicut metropolitanis in cōfinitimis cōterosq; ecclesiasticis ordinibus deditos, sic cōfinitimis in cōmissis sibi religiosos ex nūero vigilandū est, qualiter nescientia taliū diuinæ legis eruditōibus imbuat. Ita indefinitē sollicitudine platus quisq; subditos querēs, aut p̄fectū eoz latitudinē agnoscat, aut nescientiā sine arrogantiā instruat. Placuit ergo de talibus iuxta instituta Toletani cōcilij hoc specialiter definire, vt aut sponte sumant intentionē necessaria perdiscendi, aut à maioribus ad lectionis exercititia cogantur inuiti.

III. ¶ De his qui contra apostoli volūtate cōcūseruntur omni vento doctrinæ, placuit hoc B sancto cōcilio, vt metropolitanae sedis autoritate coacti vniuersitatisq; prouinciæ ciues rectoresq; ecclesiastiq; vnū eundēq; in psallendo teneant modū quē in metropolitanā sede cognoverint institutū, nec aliqua diuerſitate cuiuscūq; ordinis v' officij à metropolitanā se patiatur sede disiungi. Si em̄ iustū est, vt inde vnuſq; sumat regulas magisterij vnde honoris consecrationē accipit, vt iuxta maiorē decreta fedes q̄ vnicuiq; sacerdotalis mater est dignitatis sit ecclesiasticæ magistra rationis. Abbatibus sane indultis officijs q̄ iuxta voluntatē sui episcopi regulariter illis implēda sunt cetera officia publica, id est vesperrā, matutinū, siue missam alter q̄ in principali ecclesia celebrare nō liceat. Quisq; aut̄ hoq; decretor̄ violator extiterit, sex mensibus cōmuniōne priuet, ac apud metropolitanū sub p̄cōnitētiā cēlura permaneat corrigēdus, qualiter apud illū & p̄teritā transgressionis culpā lachrymis diluat, & necessariam officior̄ doctrinā studiose addiscat. Sub ista ergo regula nō solū metropolitanus totius prouinciæ pontifices vel sacerdotes astringat, sed etiā cāteri episcopi subiectos sibi ecclesiast̄ reeptores obtēperare institutionibus cogant.

III. ¶ Sicut omnis q̄ diligit fratrem suū, ex deo, ita omnis q̄ odit proximū, ex diabolo est, dilectione em̄ sola discernit quis ex quo genitus approbef, dicente Iohanne. In hoc manifestati sunt filii dei, & filii diaboli, ois qui nō facit iustitiā, nō est ex deo, & q̄ non diligit fratrem suum. Quoniā hēc est annūtatio quā ab initio audit̄, vt diligamus alterutru, & post paululū. Omnis q̄ odit proximū suū, homicida est, & scitis qm̄ omnis homicida nō habet vitā & ternā in se manente, ecce homicida esse probabiliter declaratur, q̄ à fraterna societate diuiditur. Nā & si manus non moueat ad occidendū, p̄ eo tamen q̄ immitis est ad occidendū, iam à deo homicida tenetur. Viuit ille, & iste iam interactor esse conuincit. Cū ergo his p̄ceptis beatus apostolus Paulus cū sana p̄dicatione concordet, dicens. Non occidat sol sup̄ iracundiam vestrā, & nolite locū dare diabolo, relat̄ sunt nobis quorūdam sacerdotū persone in tamā obſtitutionis effervuisse discordiā, vt non solū illos ab ira occasus solis nō reuocet, sed nec annoſa quidē transactio tempore ad bonū charitatis reclinet, quippe in quoq; cordibus sol iustitiae Chrūs occubuit, vt ad lumen charitatis redire vix possint. Hoq; ergo & similiū discordantiū fratris oblationes iuxta antiqui canonis definitionē nullo modo recipiendas esse censuimus, p̄sonis tamē discordantiū id speciali definitione p̄cipimus, vt anteq; eos reconciliatio vera innectat, nullus eoz accedere ad altare dñi audeat vel gratiam cōmuni sanc̄te percipiat, sed genuinō tēpore p̄ p̄cōnitētiā cōp̄eſabūt, quod discordiē seruierūt. Quod si vnuſ alio cōtemnente ad satisfactionē charitatis cucurrerit ex eo tēpore vt pacificus intra ecclesiā reputetur, ex quo ad concordiam festinasse conuincit, sententia tamen superiori seruata, vt tēpus quod in ira expēdit geminatū in p̄cōnitētiā satisfactionē persoluat.

V. ¶ Nullis vita p̄fūlū pertubari debet excessibus, q̄a valde indignū est, vt q̄ throni deivo D canf, leui motione turbent, & q̄ debent esse iter iustitiae, ipsi efficientiā seminariū litis atq; rapinę. Quomodo ergo hm̄di (iuxta apostolū) irreprehensibiles erūt, q̄ non solū reprehensibilia

Z z faciunt

Concilium Toletanum undecimum.

facient, sed mortifera potius & execranda cōmittuntur. Relati enim nobis sunt quidā ex sacerdotibus, quod omni grauitate sacerdotalis ordinis p̄termissa audientiū iudicij furore p̄ueniāt & excessu in honesta motionis iudicia audire refugiunt, pro q̄bus eos oportuerat & exquitatis iudicia sustinere. Dū enim de honoris sui culmine blandiū patientiā habere refugiūt, & q̄ in con-
cuse debuerāt veritatis conferuare statū, subito religionis mutant propositū, & p̄cipiti furore iudicij antecedunt. Sicq; in quo decuerat eos iudicij sustinere conuentū peruatione agunt vnde de p̄sumptionibus cōfundantur. Qui tñ aut damno pariter & excōicatione plectendi sunt aut omisssis cōpositionibus rege sola satisfactione p̄cēnitētā curabuntur. Illi enim qui rei propriæ facultate suffulti sunt, aut q̄ rem suā iam ante in nomine ecclesie p̄sentes transfundisse noscuntur, si aut p̄ se, aut per subditos, seu p̄ quoslibet aliena diripiunt, vel p̄sumptionis, seu cædis q̄ p̄piā agunt, tam in rebus fiscalibus, q̄ etiā in quorūlibet dominio constitutis, & peruersa vel p̄-
sumpta de rebus, iuxta legē excellentissimi principis sarciant, & pro excessu religionis contraria, quod in honeste ante iudicij per petrauerunt, duas hebdomadas excōicatione plectēdi sunt, & qui nihil proprietatis habere videntur, magna discretionis arte medendi sunt, quo nec ausus illicitos ecclesiæ facultatibus redimant, nec ipsi penitus extores à p̄cēna perfistāt. Nec enim iustū est vt pro prauis actibus sacerdotū ecclesiæ, q̄bus p̄minēt, sustineat dāmnum, & pro excessibus talibus satisfactione ab ecclesiis exigatur, cū ecclesia cultores suos nō ad lītē, sed honestatē informet. De talibus ergo placuit definire, q̄ nullis habitis rebus proprijs, aut in quoq; peruersores extiterint, aut quibuslibet personis cades, vel quodcunq; p̄sumptionis intulerint, nulla eos incuratione status sui seruitur hominū debere addici, sed iuxta quod p̄sumptuosis quisq; ille extiterit, ita & p̄cēnitētā legibus subiacebit, id est si in decem solidis summa p̄sumptor esse conuincit, viginti diez p̄cēnitētā satisfactione purget, ita vt siue minoris, siue maioris summa excessum peregerit, similiter geminata hoc semper satisfactione p̄cēnitētā recōpenset. Seruos autē ecclesiæ qui hmōi excessus operati noscuntur, ad leges seculares audiendos remittimus. Et hēc quidē de generali excessu dicta sufficiant. Cæteræ specialitatis ordinē prosequētes decernimus, si quis ep̄os & magnati cuiusq; vxorē, filiā, neptem, seu quolibet illū gradu adhibito pertingente q̄auctiōq; fraude vel subtilitate adulterina pollutione fœdaue rit, & honoris proprii gradū amittat, & sub exiliū relegatione perpetua excōmunicatiōis sententiā perferat, q̄ tamē circa finē vitæ cōionis remedio adiuuandus est. Hanc sane & illi sñiam merebuntur, qui aut volentes homicidiū fecerint, aut priuatinib; palatiū generosiq; plonis seu nobilitib; q̄buscunq; mulieribus, aut puellis aliqd per necē, aut p̄ quācunq; irrogatā iniuriā visi fuerint intulisse. Vnde eos iuxta legū seculariū instituta, aut talionem recipere, aut traditionē de his fieri vel proscriptionem oporteat.

D VI. ¶ His à quibus dñi sacramēta tractanda sunt iudicij sanguinis agitare non licet, & ideo magnopere talibus excessibus prohibendū est, ne indiscretæ p̄sumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendū est, sñia propria iudicare p̄sumant, aut trūcationes quibuslibet personis, aut p̄ se inferant, aut inferēdas p̄cipiant. Quod si quisq; horū immemor p̄ceptoꝝ, aut ecclesiæ suæ familijs, aut in quibuslibet ploniis tale aliqd fecerit, & concessi ordinis honore priueſ & loco, sub perpetuo dānationis teneat religatus ergastulo. Cui tñ cōio exeunti ex hac vita non neganda est propter dñi misericordiam, q̄ non vult peccatoris mortem, sed vt cōueratur & viuat.

E VII. ¶ Cū iuxta antiquæ institutionis edictū plus erga corrigendos agere debeat benevolētia q̄ seueritas, plus cohortatio q̄ commotio, plus charitas q̄ potestas. Relatiū est nobis q̄ qui-dam ex fratribus plus liuore odij q̄ correctionis studio subditos insequentes, dum se simulante spiritualem eis adhibere correctionem indiscretam subito afferunt mortem, cum inauditos a se prosciunt, & illicitis eos iudicij sub p̄cēnitētā puniunt. Non ergo de cætero peruersis voluntatibus sit liberum simulare se quod singunt, sed quotienscūq; quilibet ex subditis corrige-dus est, aut publica debet à sacerdote disciplina curari, aut si aliter rectoribus placet duob; vel trium fratruꝝ spiritualium testimonio peculiariter adhibito & modus criminis agnoscatur, & modus p̄cēnitētā irrogetur, ita tamen vt si exilio vel retrusione dignū cū esse cognouerit, aut quid aliud peculiare decreuerit modus p̄cēnitētā quam corā tribus fratribus sacerdos transgressori indixerit, speciali debeat eius q̄ sñiam protulit manus propriæ subscriptione no-tari. Sicq; siet vt nec transgressores sine testimonio excidia vitæ suæ incurant, nec rectores accusatos se de quorumlibet in temptationibus erubescant.

F VIII. ¶ Q̄icqd inuisibilis gratiæ collatione tribuitur, nunq; quæstu vel quibuslibet p̄misiō venundari penitus debet, dicente dño. Quod gratis accepistiꝝ, gratis date, & ideo quicqd de inceps in ecclesiastico ordine cōstitutus, aut pro baptizandis cōsignandisq; fidelibus, aut collatione chrismatis vel promotiōibus graduiꝝ, pretia quælibet vel p̄fimia, nisi voluntarie oblatā p̄ hmōi

Concilium Toletanū undecimū

Fo. CXXXIII.

himōi ambitione suscepert. Evidē si sciente loci ep̄o, tale quicq̄ à subditis perpetrat, idē ep̄s duobus mensibus excoicationi subiaceat, pro eo q̄ scientia mala contextit, & correptionē ne cessariā nō adhibuit. Sin aut̄ suoze quispiā eodē nesciente de supradictis quodcūq̄ capitulis accipiendū esse sibi crediderit, si pbf est triū mensū excoicatione plectat, si diaconus q̄tuor, sub diaconus vero vel clericus his cupiditatibus seruiens & competenti p̄cēna & debita excoicatione plectendus est.

IX. ¶ Multæ super hoc capitulo patrū sententiae manauerunt, scilicet ne impriabilē sancti sp̄us gratiam donis vel muneribus quis existimet comparandā, sed quod nō sine graui dolore dicendum est, quanto h̄c frequenti decretoz est præceptione prohibita, tanto à nobis fraudibus cognoscitur iterata, dū hi qui tali pretio mercari nituntur gratiam ordinationis suę tempora præueniunt munere, aut post acceptū honorem promissis suis conferunt apparati bus turpis lucri mercedem. Et ideo vt horę & similiū argumentoz deinceps amputet occasio, h̄c sancta synodus definiuit, vt cū quisq̄ pontificale culmen ante dñi altare perceptu rus accesserit, exactione astringat quod pro conferenda sib i consecratione honoris nulli pso n̄a cuiuslibet præmīi collationem vel aliquando dedisset, vel aliquando in futurū dare procurer. Sicq̄ aut̄ mundus ab hoc contagio prælationis consecrationē accipiat, aut publicato hoc scelere manifeste denudet corā ecclesia, & ad honore quem mercari voluit non accedat. Illos aut̄ quos deinceps post prælationē per præmīi ordinatos fuisse patuit, sub definitis penitentie legibus, vt h̄eresimoniachos ab ecclesia separandos esse censemus, id est, vt duoz̄ annoz̄ spatio exilio relegati, & digna satisfactio, vel excoicationis sententia coerciti honoris grādū, quē prēmīi emerant, lachrymis cōquirere & reparare intēdant. Vnde si digna satisfactio eos penitentie tēpore inuenierit, nō tantū cōmuniōi, sed & loco & totius ordinis officijs, à quibus separati fuerant, restaurandi sunt.

X. ¶ Quanq̄ omnes qui sacris mancipant ordinibus canoniciis regulis teneant astricti, expeditibile tamē est, vt promissionis suę vota sub cautione spondeant, qđ ad promotionis gradus ecclesiastica probat disciplina. Solet em̄ plus timeri quod singulariter pollicet, q̄ quod generali sponsioē cōcludit. Et ideo placuit huic sancto cōcilio, vt vnuſquisq̄ ad ecclesiasticos gradus est accessurus, nō ante honoris consecrationē accipiat, q̄ placita sibi annotatione promittat, vt fidē catholica sincera cordis devotione custodiens, iuste & pie viuere debeat, vt in nullis operibus suis canoniciis regulis contradicat, atq; vt debitū per omnia honorē atq; obse qui reuerentia p̄minenti sibi vnuſquisq̄ dependat, iuxta illud beati papæ Leonis edictum. Qui se scit aliquibus esse p̄positū, nō moleste ferat aliquē sibi esse p̄latū, sed obedientiā quā exigit, etiā ipse depēdat. P̄cēna tñ iuxta ecclesiastica cōsuetudinis morē & placitis taliū inferēda, & ab his q̄ transgressores fuerint, persoluenda est.

XI. ¶ Cum nihil in diuino canone debeat esse confusum, nihil dubium, nihil etiā indiscretum in collatione nostri ceterus electus est canon Toletani concilii primi, in quo præceptum est, vt si quis acceptam à sacerdote eucharistiam non sumperit, velut sacrilegus propellatur, nec adiecta est discretio voluntū, cum & fidelis fideliter accipiat quod naturaliter illum necessitas deglutire non finat. Solet em̄ humanæ naturæ infirmitas in ipso mortis exitu p̄ræ rauata tanto ficitatis pondere deprimit, vt nullis ciboz̄ illationibus refici, sed vix tantundē illati delectetur poculi gratia sustentari. Quod etiā in multoz̄ exitu vidimus qui optatum suis votis sive communionis expertentes viaticum collatam sibi à sacerdote eucharistiam reiecerunt, non quod infidelitate hoc agerent, sed quod propter dñi calicis haustum traditam sibi non possent eucharistiā deglutire. Non ergo huiusmodi à corpore ecclesiæ separandi sunt, q̄ talia non infidelitate, sed necessitate fecerunt. Presertim hi de q̄bus nihil sive finistrę sentitur. Placuit ergo definire quod nec fidei offici, nec infideli inultū existat. Quicq; ergo fidelis ineuitabili qualibet infirmitate coactus eucharistiam perceptam reiecerit in nulla ecclesiastice damnationis, dñnatōi subiaceat. Siñ nec illos cuiusq; punitōis censura redarguet, q̄ talia aut tempore infantię faciunt, aut in qualibet mentis alienatione positi, q̄ quod fecerint ignorare videntur. Iam vero qcunq; aut de fidelium vel infidelium numero corpus dñi absq; ineuitabili (vt dicitum est) infirmitate proiecerit, si fidelis est, perpetua cōmuniōne priuetur, si infidelis est, & verberibus subdatur & ppetuo exilio relegetur. Quod si horum q̄libet huiusmodi excessus digna penitentie satisfactio defluerit, post q̄nquennium licebit illum communioni pristine reformari.

XII. ¶ Qui penitētia in mortis agit periculo, nō diutine à recōciliatiōis grā differēdus est, sed si p̄cincto mortis vrgeat periculo penitētia per manus impositionē accepta, statim ei reconciliatio adhibēda est, ne prius ab humanis rebus eger abscedat, q̄ donū reconciliatiōis accipiat, sicq̄ superstitionibus quodāmodo doloris videat esse ppetui, si pr̄cīsum ab ecclesiā mem-

Z 3 bris

Concilium Toletanum duodecimum.

bris eū qui vtīq; recōciliationē nō meruerit raptū à p̄senti vita mortis natura subduxerit. Vnde iuxta papæ Leonis editiū his q; in tēpore neceſitatis & in periculi vrgētis instantia præſidiū p̄cenitētis ex more recōciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicēda eſt, nec reconciliatio denegāda, q; in misericordia dei, nec mēſuras poſſimus ponere, nec tpa definiſire. De his aut̄ q; accepta p̄cenitētia, anteq; reconcilient ab hac vita receſterint, quanq; diuersitas p̄ceptoꝝ de hoc capitulo habeat. Illoꝝ tamen nobis ſnīa placuit q; multiplici n̄ero de huiusmodi humanius decreuerunt, vt & memoria talium in ecclesiis commendetur, & oblatio pro eorum delicto à presbyteris recipiatur.

E XIII. ¶ Bene ſiquidē maiog; regulis definitum eſt, vt dæmonijs alijsꝝ paſſionibus irretitis minifteria ſacra traſtare nō licet. Cū p̄cepto, cōſe nſu rationis adhibito, id cōiter definimus, vt nullus de his q; aut in terra accepti à dæmonibus elidunt, aut quolibet modo vexatiōis incurſibus eſſerunt, vel ſacris audeant miniftrare altaribus, vel indiſcuſſi ſe diuinis ingerāt ſacra mētis, exceptis illis q; in varijs corporis in cōmoditatibus dediti in eiusmodi paſſionibus i terra approbanſ elifi. Qui tñ & ipſi tādiu erūt ab offici ſui & ordine & loco ſuſpenſi, quoſcq; vnius anni ſpatio p discretionē epi inueniant ab incuſu dæmoniū alieni.

F XIII. ¶ Et illud diuini oraculi monētis ſinguli p̄caueāt, quo ſcribit, vñ ſoli, q; cū ceciderit nō habet ſubleuantē, ſummo perēdū nobis eſt & cauēdū, ne horis illis atq; tēporibus, q; bus dñō pſallit vel ſacrificatur, vnicuiq; diuinis ſingulariter officijs infiſtēti per nicioſa paſſio, vel corporis qualibet valitudo occurrat, q; aut corpus ſubito ſubrui faciat, aut mentē alienatione vel terrore cōfundat. Pro hmōi ergo auſibus p̄cauenteſ necessariū duximus iſtituere, vt vbi tēporis vel loci, ſive cleri copia ſuſfragat, habeat quisq; ille canens deo, atq; ſacrificans poſt ſe vicini ſolaminiſ adiutorē, vt ſi aliquis cau ille q; officia impleturus accederet, turbat' ſue rit, vel ad terrā eliſus a tergo ſemp habeat, q; eius viçē exequatur intrepidus.

G XV. ¶ Per actis oībus quaꝝ ad correctionē noſtri ordinis in hoc cōcilio promulgata ſunt, placuit definire, vt paternis iſtitutiōibus obſequētē omni anno ad peragendū celebritatem cōciliū in metropolitana ſede, tpe quo principis vel metropolitani electio definierit, deuotis ſemp animoꝝ ſtudijs cōferamus, nec quibuslibet requiſitiſ occaſionibus absentemur, ſed in p̄parato die quo iudiciū fuerit, adunatis in metropolitana ſede oībus prouincia pontificibus cōciliū deo pſule celebref. Quisquis aut̄ epifcopoꝝ excepta ineuitabili cauſa vel neceſſitate de peragendo de cōcilio abſentauerit, p vnius anni metas erit excoſicatione plectendus. Quod fi deinceps abſq; celebraſione cōciliū anni vnius metas tranſierit, omniū in cōmune pontificum Carthaginis prouincia ſuperioris cenzurā ſniam obnoxius retinebit, id eft, ſi nulla eū impendeſte principiſ potestate vel inſfirmitate, aut ineuitabili cauſa, ſed ſoliu propria volūtatis li- bitu ſele ad celebrandū concilium non collegerit.

H XVI. ¶ His ergo cōſtitutionibus noſtriſ quas neceſſario gerēdas credidimus, finalē manus noſtre ſubſcriptionē adieciſimus, immortali deo noſtro & dñō gloriā & honorē reddētes, qui nos de cōuentu alterne visionis laetis efficit, q; oſ noſtrū in cōfessione laudis ſua aperuit, qui etiā decretā huius nři cōciliū honeſtate compleuit. Poſt hāc religioſo dñō noſtro, & amabilī principi nrō Vuambano regi gratiarꝝ actiones pſoluimus, cuius & ſtudio aggregati ſumus. Qui eccliaſtice discipline nr̄is ſeculū nouis reparator occurres omiſſos concilioꝝ ordines nō ſolū rerefatur intedit, ſed etiā annuis recurſibus celebrandoſ instituit, & alterna morum correctione annuo tēpore alacriter cōcurrentes, iuxta prophetā vaticinū, quod in nobis de- fractū eſt, alliget, & quod abiectū eſt, reducat. Det ergo eidē principi dñis pro huius ſacræ ſollicitudinē voto & curſum pſentis vite in pace tranſire, & poſt diuturna tpa ad ſe in pace re- miſſis iniquitatibus puenire, qualiter & ille felicia tpa ducat, & felix cū oībus qbus principatur ad Christū ſine cōfusione perueniat, vt q; per eū corona noſtri ordinis in melius rerefatur, corona futuri regni capiat ex hoc in regione viuoꝝ regnans cū Christo in ſecula ſeculorum. Amen. Interfuerūt huic cōcilio pontifices decē & septē. Ego Quiricus vrbis regiæ metropolitanus epifcopus hec geſta ſynodica à nobis defiňita, ſubſcripti. Similiter & aliꝝ epifcopi ſubſcripterunt decem & septem.

Incipit concilium Toletanum duodecimum.

habitum Era. DCC. XIX. anno primo Eringij regis, quinto Idus Ianuarij.



Vm ex glorioſo p̄adicti principi iuſſu in vnum ſuiffemus aggregati conuen- tum, & in basilica sanctoꝝ apolloꝝ debitis in ſedibus locaremur. Affuit corā nobis idem clementiſſimus princeps humanitatis gratia plenus, & claro pietatis cultu perſpicuus, qui noſtro ſe cōtui recluem exhibet ac deuotū im- primis omniū ſacerdotum ſe commiſſit precibus adiuuandum, deinde grates multi-